

comparatio ꝑspetiē parabolę. dere
inanimali adinanimale. defestuca.
adpeccatum; hypocrita eice primū
trabem deoculo tuo. Et tunc uidebis
eicere festucam deoculo fratris tui;
Hoc ē purgate ipsum acriminali pec
cato. et tunc poteris purgare frm
aleui peccato. quia nemo sordidis ma
nibus potest uas sordidū mundare.
nisi ante lauerit manus; hypocrita
grecum ē. latine simulatio. uel simu
lator dicitur; Nolite scm dare ca
nibus. neq; mittatis margaritas urās
ante porcos; Canes hic heretici intel
leguntur. uel apostatę cristiani. qui
post agnitam fidem reuertuntur. ad
pristina peccata; Porci autē intelle
guntur pagani. quia sicut porci iacent
semper in luto. similiter & isti semp
iacent in prauis uoluptatibus; Neu
tris ergo cōmittendum ē euangelium
donec conuersos animo et corpore
eos ꝑspiciamus; Nam deprimis dicit
apls; hereticum hominē. post primā
et secundam correptionē. deuita;
Quare autē non sit comittendum eis
diuinum eloquium. subiungit dicens;

Ypocrita eice primū trab

Ypocrita unde.

Deñ mittendo margari ante porcos.

& conuersi dis rumpant uos

Neforte conculcent eas pedibus suis.
et conuersi disrumpant uos. hoc est
irrideant uerbū euangelii. & in
terficiant uos. quia adhuc alus pote
ratis eē saluatio; Quia autē marga
ritę diuina ęloquia uocentur. et
in hoc euangelio & in multis locis.
exempla ꝑplura sunt. ut
illud de negotiatore quę
renti bonas margaritas; Margaritū
ē enim dī uerbum. et ex omni pas te
pot: ꝑforari; Petite Subauditur
bene. Et dabitur uobis; Petite animo.
Querite uerbis; Pulsate operibus. Pe
tite uerbo. querite operibus bonis;
Pulsate ꝑseuerantia. Petite fidem.
querite spem. Pulsate caritatem;
Omnis enim qui petit Subauditur
bene. accipit. et qui quęrit ꝑbona
opera inueniet. et pulsanti in perse
uerantia aperietur; Quis ē ex uobis
homo quem si petierit filius suus pa
nem. num quid lapidem dabit illi.
luxta simplicem intellegentiam.
nullus filio suo bona petenti mala
dat. quanto magis ds qui essentialiter
bonus est. etiam si mala petamus igno

De petendo & inueniendo

Si ꝑ petierit panem nū quid lapidē

42v

Österreichische Nationalbibliothek
Digitale Services
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Österreichische Nationalbibliothek
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Österreichische Nationalbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/onb_cod724/0088